



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

Præstita in I. Tomo spiritualium opusculorum R. P. Ioannis Lanspergij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)



Præstita in I. Tomo spiritualium opusculorum R. P.
Ioannis Lanspergij.

1. **A** Pologiam & Dialogum pro Monastica vita defensione reliqui iuxta veterem translationem: quamvis nona meliorque institui debuisset; sed ob varias occupationes meas, & ob inopiam alterius interpretis id ommissum est.

2. In Epistolis Paraneiticis nihil mutavi, nisi quod ad errores pertinet corrigendos. Feci quidem annotationes quasdam, sed eas referuo in aliud tempus, quo Epistola separatim edantur. In hisce enim continetur medulla quadam totius vite spiritualis.

3. Enchiridion militie Christiane impressum fuit viuentis adhuc Auctore, ante S. Concilium Tridentinum: deinde postmodum ann. 1575. & approbatum à Censore Ordinario in Vrbe Antuerpiensi. Nescio sane quo casu illud positum fuerit in Indice librorum prohibitorum R. P. Francisci Foretij Dominicani, cum in hoc Enchiridio ne vnicum quidem verbum reperiat contra fidem veram, bonosque mores: & Auctor ipse maluisset mori, quam scribere aliquid contra Catholicam Ecclesiam mentem. Sed aliud annotandum erat Enchiridion Christiane Institutionis, quod Parisijs est impressum ann. 1570. & falso ascribitur Concilio Prouinciali Colonienfij: cui manum medicam addidit in Correctorio suo illustrissimus D. Bernardus Sandoualium, S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Toletanus, ac Primas Hispaniarum.

4. In Speculo Christiana perfectionis inserui capita duo, post caput 9. de Vita & Passione Domini, quae in editione Colonensi ommissa erant, sed in Antuerpiensi Antonij Henerij adiuncta: ne opus esset remittere Lectorem ad alia loca cum radio requirenda.

5. Homiliae 56. de Passione Domini, ac Theoremata 27. cum Monotesaro ad tomum 3. deputavi: quia ad sermones potius, quam ad institutiones spectant; & simul vt tomus ille suam crassitiem seu plenitudinem consequeretur.

6. Exercitia Christiformia omisi, quia Lanspergij nostri non sunt, sed Nicolai Eschij: quae tamen suo tempore cum vita illius laudatissimi Sacerdotis imprimi curabo, DEO fauente.

7. Ordinem collocandorum tractatum illum obseruaui, quem iusta ratio persuasit, quemque nullus improbat nisi rerum spiritualium ignarus; quamuis optassem, Methodum Theosophiae positam fuisse ante Alloguorum libros; sed siue Bibliopola non satis affecutus sit Directorum meum, suo Typothetarum culpa id acciderit: non multum hac in re peccatum est. Interim quoniam alibi tracto de 3. modis, quibus loquitur DEVS ad homines, poterit in futura editione poni ante

Enchiridion militie Christianae, vt olim fuit.